

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

**Programma, Quo Decanus Et Collegium Theologicum In Universitate
Rostochiensi, Ad Exequias, Quas ... Dn. Johanni Georgio Dorscheo, S.S. Theol.
D. & Profess. Prim. ut & Ducalis Consistorii Assessori ... Vidua, Filiusq[ue] ... in
templo Jacobaeo paratas cupiunt ... literariae cives ... invitant**

[Rostock]: Sub descriptione Praeli Kiliani, 1660

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747406332>

Druck Freier  Zugang

Fac. theol.

in

J. G. Dorscheus.

Rost. 1660.

73




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn747406332/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747406332/phys_0002)

DFG

PROGRAMMA,
Quo
**DECANUS ET COLLEGI-
UM THEOLOGICUM**



Ad Exequias,

Quas

ADMODUM REVERENDO AMPLISSIMO
ATQUE EXCELLENTISSIMO

DN. JOHANNI

GEORGIO DORSCHEO,
S.S. Theol. D. & Profess. Prim.

ut & Ducalis Consistorii Allessori

eminentissimo,

Vidua, Filiusq, mœstissimi

*bodiè hora prima in templo JACOBÆO
paratas cupiunt,*

Reip. literariæ cives omnes & singu-
lis studiosissimè invitant.

Sub descriptione Præli KILIANI, c/o loc LX.

DE Patriarchis Paulus Ebr. XI. 13, 14. Profesi sunt, inquit, se peregrinos & adrenas esse in terra. Nam qui hoc dicunt, palam ostendunt, se patriam requirere. Notanter in terra: nusquam enim patria nostra est in his terris, neibi quidem, ubi patriam nostram esse putamus. Philosophus interrogatus, quænam forti viro patria esset, totum ostendebat mundum. Piorum diversa sententia est, cœlum sibi veram patriam cœlum scopum suæ in hoc mundo peregrinationis præfigentium. Quanquam nec inter Philosophos defuerint, qui terram patriam nostram esse negarent. Platonem vitam nostram ἀεὶ δημιουρίαν esse ait, seu perfectionem ad veram patriam, cuius perfectionis ultimus actus sit mors. Nec alia mens Ciceroni, cum scriberet: *Sapiens ex hac vita discedit, tanquam ex hospitio, non tanquam ex domo.* Hæc si fassi sunt Ethnici, quid nobis & sentiendum & faciendum esse existimabimus, qui meliori luce collustrati sumus? Universæ Scripturæ & veteris & Novi Testamenti sententia hic reddit, piis hanc vitam exilium, cœlum patriam esse. Ipsum Ebræorum nomen demonstrat, vitam humanam transitoriam esse. Longo tempore tabernaculum fixa sede caruit, Quotannis festum Paschatis celebrare properantes & in tabernaculis vivete aliquot diebus jubebantur Israelitæ. Omnia eo tendunt, ut patriam nostram terram non esse meminerimus. Ipse Servator peregrinus fuit fratribus suis in diebus carnis: resurgens peregrini habitu discipulis apparuit. Apostoli nos peregrinos esse & non habere in terra stabilem civitatem, sed futuram inquirere, uno ore clamant. Praeclarissima sunt & libratisima, qua de his habet Augustinus de civitate Dei libri XXII. Non pigebit quædam exsignare. Lib. XV, cap. I. Genus humanum in duo genera distribuimus, unum eorum, qui secundum hominem, alterum eorum, qui secundum Deum vivunt. Quas etiam mysticè appellamus civitates duas: hoc est, duas societas hominum: quarum una est, quæ praedestinata est in æternum regnare cum DEO, altera æternum supplicium subire cum Diabolō. Et paulo post: Natus est igitur prior Cain ex illis duobus generis humana in parentibus, perlinens ad hominum civitatem: Posterior Abel ad civitatem Dei. Et tandem: Scriptum est itaq; de Cain, quod condidit civitatem: Abel autem tanquam peregrinus non condidit. Superna est enim sanctorum Civitas, quamvis hic pariat cives, in quibus peregrinatur, donec regni ejus tempus adveniat, cum congregatura est omnes in suis corporib; resurgentibus, quando eis promissum dabitur regnum, ubi cum suo principe Rege seculorū sine ullo temporis fine regnabunt. Et lib. xvii. c. xvi. Civitas regis magni (P. L. XLIX, 2, 3.) est Sion spiritualiter. Quod nomen Latinè interpretatum speculatio est. Specula-tur enim futuri seculi magnum bonum: quoniam illue dirigitur ejus intentio. Ipsa est & Hierusalem codem

modo spiritualiter. Ejus inimica civitas Diaboli Babilon; que confusio interpretatur. Ex qua tamen Babilone regina ista in omnibus gentibus regeneratione liberatur, & a pessimo Rege ad optimum Regem, id est, a Diabolo transit ad Christum. Propter quod ei dicitur: Obliviscere populum tuum, & dominum patrum tuorum. Cujus civitatis impiæ portio sunt Israelites sola carne, non fide: inimici etiam ipsi magni regis hujus ejusque reginae. Ad ipsos nam veniens & ab eis Christus occisus magis aliorum factus est, quos non vidit in carne. Et lib. xix, postquam de cœlestis societatis cum terrena pace & discordia dissenserunt, cap. xx, haec subnedit: Quam obrem summum bonum civitatis Dei cum sit aeterna pax & perfecta: non per quam mortales transcant ascendendo atque moriendo, sed in qua immortales maneat nihil adversi omnino patiente, quis est, qui illam vitam vel beatissimam neget vel in ejus comparatione istam, quæ hic agitur, quantilibet animi & corporis externaliumq; rerum bonis plena sit, non miserrimam judicet? Quam tamen, quicunque sic habet, ut ejus usus referat ad illius finem, quam diligit ardenter ac fidelissime sperat: non absurdè etiam nunc dici beatus potest, spe illa potius, quam re ista. Res vero ista sine spe illa, beatitudo falsa & magna visceria est. Non nam veris animi bonis utilitur: quoniam non est vera sapientia, quæ intentionem suam in his, quæ prudenter discernit, gerit fortiter, cohibet temperanter, justaque distribuit; non in illum dirigit finem, ubi erit Deus omnia in omnibus, aeternitate certa & pace perfecta. Hanc cum animo complexus esset Vir admodum Reverendus Amplissimus & Excellentissimus DN. JOHANNES GEORGIUS DORSCHEUS, Theol. Doctor & Professor longè celeberrimus, hanc terram exilium sibi, ceterum superas ledes patriam proposuit. In qua defixas ipsius cogitationes, cum valeret, fuisse, novissimi sermones flagrantissimi indices desiderii planum fecerunt. Quod ergo vivus valensque desideravit, id beata ex vita migratione & in cœlestem patriam profectio plenissimè consecutus est. Natus est pie defunctus DN. JOHANNES GEORGIUS DORSCHEUS, Argentorati A. cl. Iuinc. XIII. Novemb. Patre LAURENTIO DORSCHEO, Cive Argentoratensi, Matre MARIA, Filia JOHANNIS FINGERLIN, Senatoris Argentinensis. Ab his Parentibus Christianismo initiatus & tyrocinis imbutus est, donec Anno cl. Ixciv. ad inseminam Argentoratensis Gymnassi classem à Parente deduceretur. Cum per decennium bonarum artium linguarumq; fundamenta in Gymnasio posuisset, dignissimus judicatus est, qui ad Subsellia altiora, Academica scilicet, publicasque lectiones promoveretur. Philosophica studia sic excoluit, ut Anno 1615. 22. Jun. prima; Anno sequenti 28. Nov. secunda

cunda laurea & Magisterii honores conferrentur, secundo loco inter
XII X. Candidatos ipsi jure assignato. Exinde animum Theologiae man-
cipavit, & continuis præexercitamentis ad sacros conflictus cum tor-
tantisq; adversariis, quibus illum Deus antagonistam destinaverat, insti-
tuendos olim, animum jam tum præparavit, pluribusq; disputationibus
privatis, publicis, solemnibus jam Respondentem se, jam Opponentem
stitit. Anno XXII. 19. Octobr. Ecclesiae Ensisheimensi in agro Argento-
ratensi Pastor datus, Seminarii q; Ecclesiastici pars factus est. Cumq;
sublimiora de ipso sibi promitterent idonei ingeniorum æstimatores,
adornandi in Saxonicas (Tubingensem n. jam salutaverat) Academias
tineris autores ipsi extiterunt. Haic triennium datum est, simulq; obla-
ta oportunitas studia Theologica altius provehendi sub Præceptoribus,
celeberrimi Theologis Saxonicijs, JOHANNE MAJORE, JOHANNE GERHAR-
DI & JOHANNE HIMMELIO, in Academia Jenensi; JACOBO MARTINI, BAL-
THASARE MEISNERO, FRIDERICO BALDUINO. Witebergæ; Lipsiæ POLYCAR-
PO LYSERO & HEINRICO HÖPFNERO, (at quantis viris!) quibus ætate quan-
tumvis minor, ob præclarissimas ingenii dotes morumq; amabilē probi-
tate conjunctissim⁹ & familiarissim⁹ extitit. Annū postremū peregrina-
tionis Academicę Marpurgi exegit in cōvictu THEODORI REINKINGI, Has-
sia tū Vicecancellarii, amicitia Theologorū CL. Menzeri, FEWRBORNII &
aliorū intima usq;. Absoluto triennio, cū adhuc Marpurgi ageret, ab Am-
plissimo Magistratu Argentinensi ad Professionē Theologicam capessen-
dam vocatus est. Quanta cū laude han⁹ spartam per continuos XXVI.
annos exornaverit, nobis tacentibus res ipsa loquitur. Nam & voce &
scriptis nominis decus in tantum extendit, ut à peregrinis, iisq; Regib⁹,
Electorib⁹, Ducibus, Magnatibus aliis & Rebus publ. ambiretur. Sed
nulla pervicit vocatio, nisi illa, qua declinante jam ætate à Serenissimis
Ducibus Mecklenburgicis, Dominis nostris clementissimis, Autore in-
primis Serenissimo GUSTAVO ADOLPHO, inclitæ huic Academiæ
Professor Theologiae Primarius destinatus est. Itaq; Anno LIII Dulcis-
simæ Patriæ, conjunctissimis Collegis, in primis D. JOHANNI SCHMIDIO,
& D. JOHANNI CONRADO DANNHAWERO, Theologis celebratissimis va-
ledixit, & anno sequenti huc venit, atq; ad Professionem Theologiae Pri-
mariam solenni ritu introductus est. Quomodo & hiç & Argentorati
egregio publico & imprimis Juventutis Academic⁹ studiis operatus sit,
excellentis ingenii monumenta demonstrant, quæ quo singula loco &
empore edita in gratiam Lectoris speciatim subjungemus, prout ipsius
D. DORSCHEI manu consignata invenimus.

In

In Quarto I. Mysaria Pontificiae Missæ contra Joh. Georg. Herberi Disputationem Liturgicā edita Arg. Anno 1624. II. Dissertatio de Prophetia Henoch. Judæ v. 14. Arg. Anno 1627. III. Disputatio de Autoritate Ecclesiæ ad dict. Augustini, Ecclesiæ non crederem &c. Anno 1628. IV. Vindiciae & animadversiones ad c. 1. 2. 3. Exodi contra Bellarm. Anno 1630. V. Theologiae Zacharianæ Pars I. Anno 1637. VI. Pentadecas Dissertationum Theologicarum. Arg. Anno 1639. VII. Dissertatio de Tribus Testibus divinis in terra, verbo & sacramentis ex 1. Joh. 5. Arg. Anno 1637. VIII. Dissertatio de Agno Paschali, ad novam edit. Mysar. Missæ. Anno 1628, addita Arg. IX. Admiranda mortis Christi, cum dissertat. de instrumentis crucianis Martyrum, Anno 1635. X. Ad insigniora consequentia exhibitæ Auguſt. Confessionis dissert. due Anno 1630. XI. Theologiae Zacharianæ Pars II. sect. I. de S. scriptura & DEO Triuno 1642. XII. Dissertatio de Cœna contra Theodorum Zwingierum. Anno 1643. XIII. Dissertatio de Spiritu, Aqua & sanguine tribus in terrâ testibus ex 1. Joh. 5. Francof. Anno 1633. XIV. De Æterna Majestate Jesu Christi ad Hebr. 13. 8. exegesis Anno 1643. XV. Vindiciarum & animadversionum ad c. IV. Exodi dissertationes XI. 1643. XVI. Mysaria Missæ Pontificiae editio III. multis auctior. Anno 1644. XVII. Betrachtung der Predigt D. Zwingers vom Abendmahl. Anno 1644. XVIII. Prodromus Anticrisis Theolog. seu Invectiva in vehiculum judicii Theologici pro pace contra Ern. de Eusebiis. Anno 1648. XIX. Anticrisis Theologica opposita iudicio Theolog. Ern. de Eusebiis super quæstiōne. An: pax qualem desiderant Protestantes sit licita. Anno 1647. XX. Triga Syndromos Anticrisis Theologicæ cum notis & observat. Anno 1647. XXI. Nothwendig emidicung des Bludwürtigen Orthel/welches der Vermittler eErn. de Eusebiis über die Frage ob der Frieden in Deutschland/wie jhn die Professirenden begehrten/ für sich selbst unerlaubt und Unrechtf. sej. Anno 1647. XXII. Pax in terris contico exercitus angelici laudata. Anno 1647. XXIII. Collatio ad Concilium Francofurtense. Anno 1649. XXIV. Collatio ad Concilium Sirmiense. Anno 1650. XXV. Judicium nomine Fac. Theol. in causa Regiomont. Latermanniana. Anno 1646. Scriptum editum Argent. Anno 1650. XXVI. Apologia ejusdem contra Julianos. Anno 1650. XXVII. Ad Consilium Arnsicanum dissertatio. Anno 1652. XXVIII. AntiCornæus pro Interventione de mysterio Trinitatis à Pontifice lato. Anno 1649. XXIX. Index Iniquitatis Moguntinorum Jes. in materia de votis Monasticis. Anno 1650. XXX. Interpellatio necessaria de voluntate DEI contra Jacob. Triglandium dissert. s. XXXI. Pentadecadis Dissert. Theologicarum editio nova cum auctario. A. 1653.

Exere

XXXII. Exercitatio ad Concilium Nicenum. Anno 1653. XXXIII. Theologiae Zathanianæ pars I. & II. novè edita. Anno 1653. Francof. XXXIV. Kurzbedencken über Landgraff Ernst von Hessen Fragen. Anno 1653. XXXV. Thomas Aquinas verit. Evang. Confessor. Anno 1656. XXXVI. Vale Argentoratense. Anno 1653. XXXVII. De emendatione temporum sermo Inaugural. 1654. Rost. XXXVIII. Admiranda providentia circa A. C. Francof. 1655. XXXIX. Tiburtio-Dionysiaca. Anno 1657. XL. Tunica Christi inconsutilis. Anno 1658. XLI. Dissertatio Epistolica cum Arisœ de Pers. Chr. & S. Canæ Rost. 1657. XLII Denarius Vespertinus. Anno 1657. XLIII. Dissertationes in articulos Abusuum A. C. inchoatae. XLIV. Dissertationes de Gratia ad P. Ferrium inchoatae. In O. Clavo. XLV. Responsum de Origine formarum prod. Sennerto nomine Coll. Theologici steht unter andern Consiliis à D. Sennerto editis Wittebergæ. In Duodecimo. XLVI. Epigrammatum centurio octo. Argent. Anno 1622. XLVII. Specimen Sceleromanie Pontificie circa reliquias S. Marci, & S. Lucæ. Anno 1643. XLVIII. Pallium exulans in possessionem restitutum contramores Acad. cui addidi notæ in Tertullian de pallio. Arg. Anno 1628. XLIX. Parallela Monastica & Academica. Anno 1644. L. Relatio Anonymi de corpore S. Marci in Augia divite cum notis & observ. Anno 1645. LI. Interventio pro mysterio S. Trinitatis ad actionem læsæ SS. Trinitatis Ecclesiæ A. Conf. à Jesu intentatum. anno 1645. LII. Septenarius singularium Angelorum anno 1654. LIII. Septenarius admirandorum Christi. anno 1646. Hamburgi excusus. LIV. Hodegeticus Catholicus in consideranda autoritate scripture ecclesiæ contra Job. Kircherum Apostalam. anno 1641. Argent. LV. Derefatio malæ fidei Papalis circa fundamenta biblica probantia SS. Trinitatem. anno 1646. LXI. Religion Scrupel der Papisten/beanwortet mit angehängten discurs von erbärmlicher Unge- wissheit Papistischer Religion. Anno 1647. LVII. Martini Buceri lege Pre- digten Anno 1538. zu Neufelden gehalten/mitt vorgeschrifter Dedication von der Kirchen/und angehengten bedencken Cardinalis Cammeracensis von Reformation der Kirchen und dero Ständen. Anno 1649. LVIII. Religion Scrupel neue edition viel vermehrt / über vorigen Discurs auch von gewissheit der Lutherischen Religion un̄ was für ein Vater Unser aus Papistischer Lehre stiese. Anno 1652. LIX. Latro Theologus & Theologus Latro. Rost. Anno 1655. LX. Septenarius dissertationum novus adhuc sub prelo ealst. Rost. Anno 1660. LXI. Vindicarum in Exod. nova & auctior editio. Francof. 1659.

Ad

Ad privata veniamus. ANNO M. DC. XXVII. IX. Novembris, eodem
nempe die, quo Theologix Doctor publicè renunciatus est, matrimo-
nio sibi copulavit lectissimam Virginem, omnibusq; sui sexus ornamen-
tis conspicuam URSULAM, LEONARDI ROSÆ, J.U.D. & Ordinis Eque-
stris Alsatici in Circulo Ortenavico Sýndici & Advocati, ut & Celsissimi
Principis OTHONIS, Com. Pal. Rheni, Bavariae Ducis, Consiliarii è
MARGARETA HÖFLINIA Filiam, qua cum in Conjugio jucundissimo
XXVII annos explevit, sexies exilla Parens factus, MARIE MARGARETÆ,
(natæ Anno XXX. desponsatæ post Reverendo & Clarissimo Viro Dn.
JOHANNI GRAMBSIO, SS. Theol. Candidato & Ecclesiastæ Mœno-Franco-
furtensi, Amicissimo nostro, denatæ ANNO LVII. X. Januar.) MA-
RIÆ MAGDALENÆ, SIBYLLÆ URSULÆ, JOHANNIS GEORGII, LAURENTII
LEONARDI, SIBYLLÆ MARIE. Hos inter solus superstes JOHANNES
GEORGII, nunc annum agens decimum sextum, & Philosophiæ in
hac Academia consecraneus, spem haec tenus indubiam facit, futu-
rum, ut Parente tanto Filius non indignus evadat. Quem Serenissi-
mis Principibus alisq; Reip. columinibus de meliori nota commenda-
mus, & operosius quidem commendaremus, nisi persuasissimi essemus,
omnes qui Ecclesiæ bene cupiunt, Viri tanti Filium non degenerem
illustri gratia complexuros, ipsiusq; feliciter cœpta studia confilio
req; adjutum promotumq; ituros. Vix dum ROSTOCHIUM con-
cesserat, cum familiam acerbissimo luctu turbari, extincta fidissima
vitæ socia, itinerisq; comite, conjugæ desideratissima, vidit. Ex-
acto in viduitate triennio, ad secunda vota transiit, & Fœminam
quibusvis sui generis splendoribus decoratissimam ELISABETHAM, Viri
Amplissimi Dn. JUSTI ZINZERLINGII, JCti &c. Filiam, Clarissimi Viri
Dn. M. BERNARDI TADDBLI, P. P. Viduam matrimonio sibi conjur-
xit. Cæterum, quam suavi animorum concordia & hoc matrimonii
constiterit, evidenti indicio est acerbissimus luctus, in quem inopia
nata distractio mœstissimam Viduam conjectur. Factum id est dic
XXV. Decemb. anni elapsi inter nonam & decimam vespertinam. Illū
ipsum quippe diem, quo orbi salus olim nata est, fata destinarūt, ut dena-
tus salutis partæ plenissimè compos fieret. Quod morbi speiem attrinet
(verba sunt Dn. Medicorum) qui æviterni nominis Virum viventium
numero subduxit: fuit is præter languorem senilem (quo post indefi-
nentes & vix imitandos alteri per omnem vitæ labores, proximis annis
sensim marcescere, & vclut extingui visum fuit hoc orbis eruditum lumen)
singula,

singuloris quædam Scorbatica affectio tumore & laxitate gingivarum
dentiumq; vacillatione jam dudum sese sat prodens, acriq; & pravâ sero-
ritate pulmonibus laryngi & cærebro imprimis molesta, tussimq; vehe-
mentissimam ac periodicam fere bis terve d' die, per integrum autumni
quartam afflagentem concitans. Cui quidem malo et si varia probataq;
remedia, nec sine grato ad tempus successu opposita fuere, mense tn.
Novembri proximo, cum annum Climactericum magnum ingressus fu-
erat, augeri illud apparuit, Naturæ vires ex adverso plurimum imminui:
adeo ut circa ipsum Brumale solstitium Asthma quoddam singulare ac-
cederet, sub quo febris quædam accendebaratur externâ quidem specie
mitis, scorbuticâ tn. pravitate satis maligna, quæ vires cæteroquin min⁹
validas penitus prostravit, Frustra hic prorsus erant, quæcunq; vel tol-
lendæ febri, vel mitigandis symptomatisbus, viribusq; refocillandis, jun-
ctis Medicorum consiliis, excogitabantur remedia: prævalebat quippe
Arti malum, adeo, ut, cum febris acutarum periodum explevisset circa
nonam & decimam vespertinam vitæ residuos igniculos drepente ex-
tingueret. Sic parta est immortalitate dignissimo viro æterna quies:
subortus familiæ, Academiæ & orthodoxæ Ecclesiæ ob eruptum hoc
fulcrum & lumen, ingens eheu! luctus. Hæc nunc sufficiant. Reliqua
ex Programmate Academicæ & Conçione funebri petantur. DEUS
mæstissimos superstites efficaci solatio erigat, ut divinæ voluntati sub-
mislo animo suam valeant resignare... Ipse vulneravit & percus-
sit: Ipse curet & obliget exquisitissimis doloribus jā sauciata corda!
Quod superest, cum Viri Christi lumini, deq; Ecclesia & Academiis lon-
gè meritissimi, exuviae sepulturæ Christianæ ritu in dormitorium sint
inferenda, à Vobis, omnium ordinum Cives Academicæ, majorem in
modum contendimus, ut in honorem Viri nostra laude majoris, in
solacium honoratissimæ Viduae & Filii vestigia parentis laudatissima pre-
mentis frequenter hodie conveniatis, & propriæ fragilitatis memo-
res, Ecclesiæ, Serenissimos Principes, Provinciam hanc, Academiam, Ur-
bem, totamq; adeo Germaniam D E O Rerumpubl. Custodi
potentissimo ardentibus precibus commendetis.

P. P. Rostochii sub Sigillo Facultatis
Theologicæ. X. Januar. Anno cl⁹ lœ LX,
cujus felicem decursum divina in-
dulgeat Majestas.

— : (o) : —




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn747406332/phys_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747406332/phys_0014)

DFG

Ad privata veniamus. ANNO M. DC. XXVII. IX. Novemb.
 nempe die, quo Theologiae Doctor publicè renunciatus est,
 nio sibi copulavit lectissimam Virginem, omnibusq; sui sexus
 tis conspicuam URSULAM, LEONARDI ROSÆ, J.U.D. & Ord.
 ftris Alsatici in Circulo Ortenavico Sýndici & Advocati, ut &
 Principis OTHONIS, Com. Pal. Rheni, Bavariae Ducis, C.
 MARGARETA HÖFLINIA Filiam, qua cum in Conjugio juv.
 XXVII. annos explevit, sexies exilla Parens factus, MARIE MA.
 (natæ Anno XXX. despontatæ post Reverendo & Clarissimo
 JOHANNI GRAMBSIO, SS. Theol. Candidato & Ecclesiastæ Möen-
 kurtensi, Amicissimo nostro, denatæ ANNO LVII. X. Jan.
 RIÆ MAGDALENÆ, SIBYLLÆ URSULÆ, JOHANNIS GEORGII, D.
 LEONARDI, SIBYLLÆ MARIE. Hos inter solus superstes J. C.
 GEORGII, nunc annum agens decimum sextum, & Philo-
 hac Academia consecraneus, spei haec tenus indubiam fa-
 rum, ut Parente tanto Filius non indignus evadat. Quem
 mis Principibus alisq; Reip. columinibus de meliori nota co-
 mus, & operosius quidem commendaremus, nisi persuasissimi
 omnes qui Ecclesiæ benè cupiunt, Viri tanti Filium non d-
 illustri gratia complexuros, ipsiusq; feliciter cœpta studi-
 req; adjutum promotumq; itutos. Vix dum ROSTOCHI
 cesserat, cum familiam acerbissimo luctu turbari, extinc-
 vitæ socia, itinerisq; comite, conjugæ desideratissima, vidi
 acto in viduitate triennio, ad secunda vota transit, & i-
 quibusvis sui generis splendoribus decoratissimam ELISABET
 Amplissimi Dn. JUSTI ZINZERLINGII, JCti &c. Filiam, Clar.
 Dn. M. BERNHARDI TADDELI, P.P. Viduam matrimonio si-
 xit. Ceterum, quam suayi animorum concordia & hoc m-
 um constiterit, evidenti indicio est acerbissimus luctus, in qu-
 nata distractio mœstissimam Viduam conjectur. Factum
 XXV. Decemb. anni elapsi inter nonam & decimam vespertin-
 ipsum quippe diem, quo orbi salus olim nata est, fata destinari
 tus salutis partæ plenissime compos fieret. Quod morbi specie
 (verba sunt Dn. Medicorum) qui æviterni nominis Virum
 numero subduxit: fuit is præter languorem senilem (quo p-
 nentes & vix imitandos alteri per omnem vitæ labores, prox-
 sensim marcescere, & vclut extingui visum fuit hoc orbis cru-



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart T263 Serial No. 09A